

A
Proposit. 8
Limitatio
prima illius
applicatio.

Posterius non potest abstrahi à suo superiori.

Famosa est propositio & deducitur ex eadem auctoritate Philosophi iam allegata, quia posteriora non possunt esse fine alius, quæ sunt natura priora illis. Intellegitur de posterioribus quæ comparantur ad vera priora respectu illorum, quia uidelicet includunt illa quidditatiue. Sed non opus est ubi prius non fuerit de quidditate posterioris, quod posterius non possit intelligi sine illo. Nam certum est secundum Aristot. q. Mathematicæ disciplinæ abstrahit à substantiâ, excepta Astrologia quæ sola inter Mathematicas disciplinas de substantiâ theoriam facit. Geometria. n. solum magnitudinem contemplantur, & Arithmetica numerum. & colligitur de mente etiam Arist. Com. 4. Primæ philosophiæ. tex. cō. Primi ubi habet q. scientia diuina speculatur ens inquantum ens, & quæ huius in sunt: aliæ autem scientiæ particulares abscondentes aliquam partem entis circa hanc speculatur ipsum accidens, uelut scientiæ Mathematicæ ubi Com. in com. i. super his uerbis, inquit. Manifestum est q. non aliquid scientiæ scientiarum particularium consideratio de ente secundum quod est ens, sed tantum est consideratio de accidentibus, quæ accidunt alii parti partium entis, accipiendo illam partem quasi distinctam ab ente, sicut faciunt scientiæ Mathematicæ, quæ accipiunt numeros, & magnitudines distinctas ab ente, & considerant de eis, & suis accidentibus essentialibus ubi clarissime patet q. istæ scientiæ abstrahunt à substantiâ manifeste, quid. n. est accipere magnitudines & numeros separatos ab ente, quam separatos à substantiâ: Nam diuina scientia est quæ considerat de ente. i. de substantiâ in eo quod ens, & in eo quod substantia, ipsa. n. est uerum ens, simpliciter & primum, & alia non dicuntur entia nisi quia entis. Amplius Com. 3. Phy. cō. 60. expresse testatur q. in hac propositione, continuum est diuisibile in infinitum, continet Geometer cum naturali philosopho, sed non in hac. cōtinuum est augmentabile in infinitum. Nam ut inquit, propositiones mathematicæ sunt fundamenta imaginationis, modo continuum in uia augmenti secundum imaginationem augeri potest in infinitum, imaginatio. n. terminum non habet nec in sursum, nec in deorsum. unde Seneca ad Luc. desideria inquit naturalia finita sunt, quæ autē ex falsâ imaginatione proueniunt, ubi desinant non habent. Sed quia ire naturaliter ad augmentum, est ire ad formam, quæ est causa terminationis & finitudinis, omnium. n. natura constituta determinatus est numerus magnitudinis & augmenti. 2. de Anima. tex. com. 42. Ideo naturalis discrepat in hac propositione à Geometra, sed in alia propositione quæ est de diuisione continui in infinitum concordant, quia ut inquit, diuisio in infinitum conuenit continuo, tam pro ut est in materia quæ est causa in rebus physicis terminationis, & infinitudinis, quam etiā ut est abstractum à materia. ubi expresse Com. uult, q. Geometer abstrahit magnitudinem à materia, & non considerat ipsam nisi secundum intellectum, & imaginationem, quod ad sui naturam. Et inde colligitur manifeste de intentione Commenta, q. materia intellegibilis à qua non abstrahit Mathematicus, non est substantia, sicut tenuit Scotus, & Aegidius Ro. & Alber. magnus, qui uoluerunt substantiam corpoream subiectam quantitati, esse subiectum scientiarum Mathematicarum. Immo materia intellegibilis subiecta Mathematicis disciplinis, est ipsa quantitas, prout secundum rationem abstrahit à qualitatibus sensibilibus. Nec obstat q. dicit Magnus Albertus in. y. suæ Metaph. tracta. tertio. cap. 2. ubi facit digressionem declarando esse, & naturam quantitatis, ubi inquit hæc uerba formaliter. Diximus. n. substantia quæ corpus est, constituitur ex materia, & for. ma corporeitatis tali, quæ suscipit omnimodo mensuram trium diametrorum. Et in hac forma nulli corpus differt ab alio corpore, nec est maius unum corpus quam aliud. Et ex hoc patet q. mensura diuisionum actualium secundum quam comparantur ad nuicem secundum maius, & minus, & æquale est mensura, & quantitas suscepta ab huiusmodi substantiâ, secundum

hoc q. susceptibilitas per actum formæ substantialis est in ea. igitur quantitas quæ mensura est inest composito, & non materia simpliciter, adhuc hoc habitum est supra, quod forma corporeitatis substantialis non relinquunt unquam materiam, & est in ipsa ante omnem motum & mutationem, non dependens nisi ex principis substantiæ simplicibus. Itæ itæ dimentiones secundum quas corpus comparatur ad corpus secundum maius, & minus & æquale uno corpore manente secundum substantiam insunt, & non insunt, sicut patet in cera extensa & contracta, & nubæ contracta & dilatata, & generaliter in condensatis & rarefactis. Igitur ista insunt ex prima ratione, & non sicut quedam pars compositæ sequuntur esse compositi. Et ex secunda ratione insunt, & non insunt eidem saluato secundum esse subiecti. Oportet igitur q. ista sint accidentia, & esse ipsorum est esse accidentis, hoc tamen Plato non dicit esse plures Stoicorum. Attendendū igitur q. quia quantitas mensuræ non insunt subiecto determinato secundum aliquam specialem formam, sed secundum ipsam formam corporeitatis primæ, ideo in diffinitiuâ uerone quantitatis disciplinabili non intrat subiectum sensibilibus materia, nec concipiunt illud secundum subiectum intellectuales, siue intelligibiles materiae trā. Nec est dicendum q. concipiunt materiam imaginabilem. ipsa. n. disciplinales quantitates sunt imaginata quædam, subiectum autem q. in sua ratione diffinitiuâ concipiunt, non est imaginatum, sed in intellectu conceptum per prima principia substantiæ corporeæ solum, & hoc est ualde notandum in tota ista philosophia. Ex hoc autem q. subiectum nullam habet differentiam ex imaginatis circa ipsum & sensibus, contingit q. dimentiones disciplinales omnes unius sunt rationis in omni materia, quod esse nequaquam posset si subiectum imaginatum, uel sensatum concipitur, quia per imaginata & sensata differunt corpora. Et si subiectibus differentis caderet, in diffinitioibus disciplinabili, oporteret ipsa æquiuocari, quando unū esset nomen, & ratio substantiæ diuersa, subiectum. n. per se, & secundum ipsum cadit in passionis diffinitione, hæc ille formaliter. Ex quibus uerbis clare colligitur, q. quia ipse posuit corporeitatis formam de prædicamento substantiæ inseparabile à materia, imitatus in hoc Auic. in. suæ sufficientiæ, & in. 2. suæ Metaph. quæ erat forma generalis, perficiens primum materiam. Et erat materia primæ coeterna, & in tali composito fundabantur dimentiones interminatæ, quæ sunt corpus de prædicamento quantitatis, tanq. in subiecto, unde ut inquit Auic. in. 1. cap. de substantia orbis. Auic. existimauit q. eadē esset dispositio accidentium terminatorum, & interminatorum, non quia optinatus fuerit q. quemadmodum accidentia terminata fundantur in composito ex materia, & forma speciali, sic interminata fundantur in composito ex prima materia & forma corporeitatis, quæ secundum Auic. erat forma specialis, sicut pessime imposuit Auic. Ioannes de Iáduno, & sequaces propter uerba ista Auer. male intellecta. Nam Auic. nulli dixit hunc errorem, immo oppositum ut alias declarauit, & Albertus imitatus ad unguem in hoc oppositū dicit, sed pro tanto dixit Auer. illa uerba quia sicut accidentia terminata fundantur in composito: ita uoluit etiam Auic. q. accidentia interminata fundarentur in composito, pp. hoc igitur uult Alber. q. dimentiones ista cum sint sicut passio in subiecto in tali corpore quod est compositum ex prima materia, & forma ista substantialis corporeitatis, quæ est prima forma generalis, quod tale subiectum ponitur in diffinitionibus talium entium mathematicorum. Et hoc fundamentum etiam Auic. & Alber. imitatur Scotus in sexto suæ Metaphysicæ, questione prima in quærens. Restat ergo substantia corporea cui absolute considerata inest primo quantitas continua, & secundum aliquos discreta. Et mediante quantitate oia q. quantitate consequuntur, ut relationis fundatur in quantitate, & qualitates quartæ speciei. Et istæ passiones sunt de ipsa cognoscibiles ex principis notis uia sensus. Ergo ipsa potest esse, & est scientiæ speculatiuæ subiectum possibilis nobis alterius à Metaphysicæ, & hæc uocatur Mathematica, quæ licet dicatur de quanto, uel quantitate,

B

I

Quod materia intelligibilis à qua non abstrahit Mathematicus, est substantia cōtinua Scoto, Aegidius, & Alber. Opio Alber. in 5. suæ Met.

Opio Scoto, suæ Met.

F

G